



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

33 Oblationes causa mortis relictæ solvere recusantes, sacrilegi,  
homicidae, & necatores egentium esse dicuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

locum decorarent, in commune omnium  
eō peregrinantium salutem à Clem. VIII.  
Summo Pontifice indulgentiarum diploma  
impetrarunt, basilicamque ibi latissi-  
mam (quæ modo admiranda mole, mira-  
que structura consurgit) largita ad id  
multa pecuniaæ copia, fundandam cura-  
runt, adhibito urbis piæ memorie vigi-  
lantissimo Episcopo Io. Antonio Castruc-  
cio, qui, ingenti solemnitate prima de more  
fundamenta regit, cui non minoris integritatis,  
ac solertiæ postea successit Caro-  
lus Argenterius Taurinensis. Adhæc ex-  
tor donatiis, amplissimisque oblationibus,  
ac largitionibus cœnobia, hospitalia aliaq;  
diverteria peregrinis iadies turmatim  
sacrum locum visentibus commoda, &  
opportuna, ipsorum principum jussu cir-  
cum ædificata fuere. Ibi conspicuntur  
aurea, argenteaque oscilla innumera parie-  
tibus intus affixa, arte mira laboratae ve-  
stes, pallæ, vexilla, infinitaque insigni valo-  
re votorum exempla. In sacrario cunctis  
adeuntibus benignè recluduntur ingentia  
Ducum, Principum, civitatum, confrat-  
ternitatum, ac nobilium munera deposita,  
calices, cruces, candelabra, serta margaritis  
intertexta, coronæ, varia que alia ex auro,  
alia ex argento, non parvi numeri, nec exi-  
gui valoris oblata supellex, annuli, gem-  
mæ, lapilli, plures millena nummum exce-  
denta conspectui deprenduntur. Ea de-  
nique solo biennii spacio auri, & argenti  
vis tanta gemmarum, sacrarum vestium,  
valorum, cereorum, aliarumque rerum ad  
divinum cultū spectantium copia illic di-  
cata, ac collocata fuit, ut major sit, quām  
scripto referri queat. Quæ quidem o-  
mnia, ut ad rem, unde paulum diverti, re-  
deam, dictæ imagini ad extictionem fa-

bricæ, non autem parochiali debentur, ex-  
trad, per Ang. in l. in rem. §. item quæcun-  
que. ff. de rei vindic: & in l. statue ff. de  
usuf. quem sequitur Felin. in cap. dilectus  
in Princip. ver. sed proprietates. de off. ord:

Oblations † verò, quæ celebranti im-  
aliena ecclesia fiunt, cedunt Rectori ecclæ-  
siæ, & non celebranti, & quemadmodum  
relictum factum Episcopo ab extranco vi-  
detur factum contemplatione ecclæsiæ, ita  
oblationes factæ celebranti videntur fa-  
ctæ intuitu ecclæsiæ, præsertim à parochiæ  
nisi, qui oblationes faciunt propter onera  
sacramentorum, ca. omni Christianus, cum  
glo. de consecr. dist. 1. cap. requisiſti ex. de  
testam. & Abb. in cap. pastoralis, num. 2.  
de his, quæ si. à maj. par. cap. & etiam, quæ  
fiunt in capellis, seu altaribus fundatis in-  
tra parochiam debentur rectori parochiæ,  
cap. ex transmissa de prescrip. & Abb, in  
rub. de paroch. num. 4.

32. Oblationum † tres sunt species, una,  
quæ est donatio rei factæ inter vivos Deo  
uni ecclæsiæ.

33. Secunda, facta † causa mortis, quæ ad  
instar legatorum est reducta.

Tertia, uulnus, quam fideles faciunt ad  
altare, vel ad manum sacerdotis, qua-  
rum

Prima est voluntaria, quæ, si solum est  
promissa, debetur.

Secunda adeò est debita, ut qui eam  
non soluerint sacrilegi, homicidae & neca-  
tores egentium esse dicantur c. nulli, & c.  
qui absulerit. 12. q. 2. & c. qui oblationes,  
13. q. 2.

Tertia verò est voluntaria, & in confi-  
lio, non autem in præcepto. S. Thom. 2.  
2. quest. 86. art. 1. & Graff. decis. aur. e.  
3427.n.5. & 6.par.2.lib.2. & ista † tercia vo-  
lun-